

subij: et iuste non erandior: quia non obediunt.
 Utique bone domine peccavi: erravi. verum tu
 te non negavi: non desitor: bonitatem tuam. Non
 fac mecum secundum misericordiam tuam: quia es benedi-
 ctus in secula seculorum. Amen.

Explicit de oratione cordis
 domini Augustini episcopi libellus.

Tractatus domini aurelij Augustini de
 contemptu mundi ad clericos

Audite fra-
 tres charissimi salutem
 nam patris nostri doctrinam: quam
 non terrenam sed eternam con-
 cupiscitis hereditare:
 quam non vultis sorte accipere in terra mortuorum.
 sed cum psalmista decantare. Portio mea in
 terra vivendum. quam egyptum reliquistis: et ad pro-
 missis terram festinatis. Audite itaque ha-
 betes aures audiendi primum presbyter ad heredi-
 tatem celorum nos vocat et dicitur. Venite si-
 lii audite me rimorem domini docebo vos.
 Quis est homo qui vult vitam? Quis est qui
 ad vitam vis ingredi: suam mandata dei. Quo-
 rum mandatorum alia sunt specialia: alia vero com-
 munia. Specialia sunt proprie canonicorum
 sine clericorum et monachorum: communia autem
 omnium catholicorum. Specialia igitur sunt haec.
 Si vis perfectus esse: vade et vende omnia quae ha-
 bes et da pauperibus: et sequere me. Et iterum.
 Vis qui reliquit domum aut agrum: aut pres-
 byter aut fratrem aut sororem aut filium
 os: aut agros propter me: centuplum accipiet:
 et vitam eternam possidebit. Et ad discipulos.
 Vos qui secuti estis me in regeneratione cum
 sederit filius hominis in sede maiestatis suae: se-
 debitis et vos super sedes duodecim iuda-
 eorum duodecim tribuum israel. Dec itaque
 fratres quanto singularia tanto precipua. quanto
 acriora tanto deo sciora. Dicit itaque sal-
 vator noster in cetera. Qui non renuncia-
 verit omnibus quae possidet: non potest esse discipu-
 lus. Qui dicit omnibus: nihil propter me a suis di-
 scipulis possideri voluit. Qui dicitur possi-
 dere in terra: remoratus est a christi disciplina.
 Qui autem non est discipulus christi: quomodo pluri-

mit sibi ligandi atque solvendi potestatem? Ince-
 dite fratres verba evangelij dicentis. Intrauit iesus
 ianuis clausis ad discipulos: et iustus
 flass dixit eis. Accipite spiritum sanctum: quia qui
 seritis peccata remittuntur eis: et quae retinueris
 retenta sunt. Nunquam illi habebat pro-
 pter unum quod magister iudicaret. Nihil tuleris in
 via: De quo lucas evangelista refert. Erant
 eis omnia communia. Videte quod petrus dixerit
 ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia et secuti su-
 mus te. Qui omnia reliquerat: nihil sibi pen-
 tulus retinuerat. Unum sibi arrogat ligandi
 atque solvendi potestatem: quia in terra presumit pos-
 sidere facultatem: Quomodo non erubescit dice-
 re. Dominus pars hereditatis mee: Ubi est illud au-
 thenticum. Que conventio christi ad belial?
 Qui terrenas possessiones relinquere noluit
 cur peccata populi commedit? Si decimas cum
 filiis levi accipiunt: quomodo inter ceteras tribus
 potest accipere? Si nominis sui ethymologia
 attenditur: cur clerici a sorte dicti sunt. nisi
 quia dominus eorum sortis vel hereditas sit. Cur sal-
 tem clericatus sui signa: quibus a laicis discer-
 nuntur: non praecedunt? Non enim sine causa ca-
 pita eorum radunt et rodunt. sed perspicacissima
 et evidentissima ratione. Nam his signis secer-
 nantur a laicorum conversatione. Quod ut magister deo
 propiciare proficiat: admonitioni utilissime
 ducimus iterum. Dicimus magistro patrum au-
 thoritate cerebri esse sede sapientiae. christum vero
 paulo attestare dei virtutem et sapientiam esse. Cum
 itaque cerebri sit in capite. sapientia vero in tra-
 patrum autoritate in cerebro habeat sede.
 et sic per sapientiam sibi ipsam circa membra re-
 gat a capite. quod per cerebri est: quod est sedes sa-
 pientiae. sic iterum nos et veram sapientiam: quam ut di-
 ximus christus est. et etiam in tra apostolum caput
 nostrum est. dicit enim. caput mulieris est vir: caput
 vero viri est christus. christus autem caput est deus.
 ut ostendamus nullum obstaculum iterum esse: in ea
 parte pilos capitis incidimus: in qua nona sapientia
 id est christum esse cognoscimus. per hunc signantur
 mala terrenarum rerum sollicitudinem nostram mer-
 tis: ad deum praeparandum impedire. Scimus enim
 quod quicquid quanto magis terrenis occupati omnibus
 implicatur: tanto magis a sui conditoris visio im-
 peditur. Unum apostolus. Non militans deo impli-
 cat se negotiis saecularibus. Verum. Qui sine ve-
 ore est cogitat quae dei sunt. Dicit moyses ait